



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 169. Nuntius Papæ in caussa Bohemorum ad Imperatorem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

§. CLXIX.

*Nuncius Papæ in caussa Bohemorum
ad Imperatorem.*

Sæcul. XV.

A. C. 1466

Re intellecta Podiebracius quoque ceterorum Regni Procerum nomine, quos sibi propensos habebat, Romam scribi curavit, & obsidionis causam in Stenconis crimina rejecit, ac insuper Legatum ad Imperatorem mitti postulavit, ut ab ipso de tota rei serie Cæsar edoceret, eademque occasione, ut inquit Podiebracius, cum eodem Legato de Bohemia ad fidem orthodoxam revocanda agi posset. Pontifex fraudem Podiebracii animadvertens, iussa sua non revocavit, Rudolphum tamen Episcopum ad Imperatorem misit, eique negotium dedit, nequid cum Rege Bohemo aut ejusdem Ministris tractaret, priusquam obsidionem arcis Zorastenæ solutam cognovisset. Ast Podiebracius contemptis Papæ monitis Zarastenses annali obsidione arcte pressos demum ad deditiōem compulit.

§. CLXX.

Seditio Bohemiæ Procerum in Podiebracium postea a Papa anathemate percussum.

Pontifex hanc Regis pertinaciam haud parum indignatus, confestim Rudolpho
Hist. Eccles. Tom. XXIX. P pho